

1530 ni fallor.

Petrus Tomicki Episcopus Cracovi:  
ensis Vicefancellarius.

Bartholomaeo Gandkowskii.

Venerabilis frater in Christo Nobis Dile:  
cte etc.

Cum Masovia in conventu publico  
nuper essemus. Maximorum virorum et Pro:  
cerum Ducatus Masoviae ordo et coro:  
na fere totius Senatus nos precibus ador:  
ti sunt, ut pro nostro patrocinio, quo  
te prosequutos nos semper intelligebat  
tibi persuaderemus, vel potius te adduce:  
remus auctoritate nostra, quam te maxi:  
mi favere putant, ut Jolinski adversario  
tuo de jure Canonicatus Plocen' quod per  
provisionem Sedis apostolicae post mortem  
Domini Szaboeki, aut Jacobi Schutz obli:  
nes cederes, et cum alio istiusmodi lites exer:  
ceres, quam cum eo, qui hic et Domino Epi:  
scopo Plocensi charus esset, et magnam  
necessitudinem cum primoribus ejus Ducatus  
haberet, in qua re cum nos diu illorum precib:  
us reluctati essemus rationem adducentes,  
quod non liceret nobis alicujus jus invito ipso  
eripere, ferre tamen ad ultimum illorum  
importunas preces nequivimus, quin polli:  
ceremus ipsis te adducturos nos esse, ut  
bona conditione juri ei quod obtines cede:  
res. Et quidem veniebat, tum nobis in  
mentem, et cum Domino Samuele Maiejow:  
ski Canonico Ecclesiae Nostrae, qui tuam cau:

Sam



sam luctabatur saepius conferebamus te in ma:  
gna invidia et pertinacia potentium, et conten:  
tiosorum hominum, non posse satis jus suum  
luctari, quare ex re tua fore arbitrati concor:  
diam et contractum ejusmodi hic fecimus no:  
mine tuo cum adversario, ut videlicet tu  
tenearis juri liti et cause concedere, ille  
vero tibi pendere. Debeat, annuam pensionem  
viginti et sex aureorum Hungaricatum,  
quos viginti aureos ita expeditos, et prater  
litem magis utiles tibi futuros opinaba:  
mur, quam Canonicatum ipsum, qui et liti:  
giosus est, et non ampliores proventus, quam  
octo sexagenarum habet. Quare tehorta:  
mur, ut hunc contractum per nos in commo:  
dum tuum factum grate suscipias et appro:  
bes, cedasque cum eris requisitus omni juri  
quod ad dictum Canonicatum habere te  
pretendis.

Ceterum agimus tibi gratias, quod  
litteris tuis feceris nos certiores de allato  
isthuc fascie nostro cum regis litteris, quas ma:  
jestas sua de reservandis et conferendis scribis  
Cancellariae suae sacerdotijs post mortem Jacobi  
Schutz vacantibus ad reverendissimum dnum Car:  
dinalem Sanctorum quatuor scribere dignata est.  
Soliciti enim per multum tempus fueramus,  
nec non anipse, vel aliquo pacto suppressa  
prae nominatae litterae fuissent, et licet certo spe:  
ramus Rmum Dnum Cardinalem facturum esse  
omnia ea sententia, et ad postulationem vobis  
regia, tu tamen cum Dno Ductore Arcegyca, que  
istic jam esse credimus, dabis operam diligen:  
tem, ut postulationi, et desiderio maje:  
statis suae et nostro fiat satis. Bene va:  
le. Et. ~